



De Consonantia diatessaron & eius speciebus Caput Quintum.


Diatessaron est consonantia quatuor sonis duos tonos & minus semitonium circūscribentibus ducta: quā in singulo tetrachordo naturalis exoptulat modulatio. Tris. n. figuras habere pernotatur cū omnis consonantia siue diatessaron siue diapente siue diapason unam semper minus habeat speciem uel figuram q̄ sint eius uoces. totidemq; interualla naturaliter ac diatonice disposita. Dicta enim est diatessaron per quatuor. Genere quidem uno: sed specie diuersa: tres igitur ut dictum est diuersas species seu figuras cōprehendit. Prima pertransit ex graui in acutum toniāo semitonāo ac toniāo interuallis harum circūscriptioe syllabarum re mi fa sol: sortiturq; principium in A re: ubi prima & acquisita perfecti quindecim chordarum systematis residet chorda & terminatur in D sol re: Quocunq; insup similis p̄trāsierit processus primā semp diatessaron formā celebrabis. Hæc. n. uel singulis diatonici generis interuallis distinctis p̄cedit: uel toniāo & semiditōiāo icōposito uel semiditōiāo icōposito & toniāo: uel icōposito diatessaronico: ut his p̄cipit̄ figuris.




Secunda diatessaron figura p̄cedit ex graui in acutum semitonio ac duobus contiguis tonis distincte & cōposite dispositis his. s. syllabis: mi fa sol la: proficiturq; exordium primæ uidelicet in q̄ mi secundum diatonicam primi exachordi dimensione. descenditq; econuerso ex graui in acutū: duobus. s. tonis ac semitonio: atq; cōsimilis interuallorum ac syllabarum transitus ubiq; secundam prestat diatessaron formam quæ & diuersis ut prima disponitur interuallis hoc modo.



Tertia diatessaron forma tenditur a graui in acutum per diatonicam conglutinatorum exachordorum consequentiam a C faut ad F faut: his syllabis ut re mi fa. tono. s. ac tono atq; semitonio: sed econuerso ex acuto in graue semitonio s. & duobus tōis. Atq; iccirco cōsimilis & syllabarū & interuallorū cōsideratio tertiā semp affert diatessaron formāq; & diuersis interuallis p̄tēdi: subiectæ d̄scriptōes declarāt.




Possunt tamen tres ipsæ diatessaron figuræ in singula specie considerari uariata mediarum chordarum dimensione: ut in harmonia instrumentali æquissima partitione & numerorum annotatione notissime demonstrabo. Verum hic ipsius tantum syllabis ut comprahendi possit quod dicimus demonstramus hoc modo,




De Conſantia diapentes & eius ſpeciebus. Caput Sextum.


Diapente eſt conſonantia quinq̄ ſonorum trīs tones & unum minus ſemitonium quatuor diatonicis interuallis complectentium . dicta enim eſt p̄ quinq̄. Atq̄ quatuor habet ſpecies ſeu diuerſas figurarū quarum poſitionem ſemitonizus tranſitus hincinde uagus noſcitur declarare. Prima enim diapētes figura fit ex prima diateſſaron & tono in acutum: retinetq̄ ſemitonium naturale in ſecundo interuallo procedens hiſ ſyllabis re mi fa ſol la: cuius exordium ſummitur in D ſolre & terminatur in E la mi re. Conſimilis autem interuallorum & notularum tranſitus primā ſemper diapentes ſpecie collocabit. Sed & diuerſis contrahitur interuallis ut hic conſtat




Secunda diapentes figura componitur ex ſecūda diateſſaron & tono in acutum: in primo & grauiori interuallo ſemitonium cōtinens hiſ. ſ. ſyllabis ductas mi fa ſol la mi: Cuius initium diſponitur in E la mi grauem atq̄ terminatur ad b mi acutam. Similis quoq̄ uocum & interuallorum diſpoſitio ſecundam ſemper diapentes ſpecie: n noſcitur comprobare: quam & diuerſis interuallis concipi hęc declarat poſitio.



Tertia diapentes figura formatur ex tritono ac ſemitonio in acutum: in quarto. ſ. interuallo conſutum habens ſemitonium: & procedit hiſ ſyllabiſ: fa ſol la mi fa. oritur autem in F faut grauem tendens ad C ſol faut in acutum. cui omnis conſimiliū uocum & interuallorum proceſſus ſemper cōſimilem offert diapentes ſpecie: quæ & per diuerſa pōt interualla diatonice p̄tendī ut hic patet.



in tertio: & secundum in sexto possidens intervallo. Confimilis quoq; & sonorum & intervallorum deductio septimam semper producet diapason figurā. cuius interualla difformiter uariantur. ut hic patet.



Constat itaq; septem has diapason figuras inuicem esse differentes: tum locali semitoniorum uarietate: tum diatessaron ac diapentes formularum diuersitate: Alteram quoq; diapason speciem tono aut semitono acutiorem secundum scilicet diatonice distributam sonorum consequentiam: alteram grauiorem. Rursusq; in unaquaq; diapason figura stātib; extremis sonis possunt reliquæ eius formulæ comperiri uariatis scilicet intervallorum dimensionibus: quod sane deducetur in harmonia instrumentali. Has autem diapason formulas antiqui constitutiones dixerunt quasi plenum quodammodo modulationis corpus ex consonantiarum cōiunctione consistens unaquaq; species conduceret. Ptholomeus autem q; ipsas & modos appellarent propriis nominibus distinctos: ut totum perfectissimi quindecim chordar; systematis hūicem modulationibus adimpleret octauum modum superduxit in acutum: a prima diapason non specie sed integro primæ ipsius intervallo distantem: quam hypermixolydium quasi supra mixolydium nuncupauit. Verum hos omnes eorumq; affectiones in ipso harmonico instrumento exacte explicabimus. Placeat tamen eorum hic nomine recensere. Prima enim diapason speciem quam duximus ab Are graui ad Alamire acutam D sol re scilicet mediatā: Hypodorium uocabant: quasi subiectum Dorio seu placalem uel subiugalem dorii propter eius tetrachordum in graue reflexum a media chorda quam clerici finalem uocant. Secunda Hypophrygius uocitata est quasi sub Phrygio: quæ deducta est a h mi graui ad h mi acutam mediatā in propriam finalem scilicet Elami grauem. Tertiam speciem diapason Hypolydium dixerunt quasi sub lydii quoniam uariistrorsum subuertit acutum lydii tetrachordum hanc deduximus a C faut graui ad G solfaut acutam in F faut graue finalē suā Arithmetice mediatam. Quarta diapason species ducta a D solre graui ad D lasolre acutam: harmonicèq; in suam confinalem scilicet Alamire acutā mediatā Dorius est uocata ab his quidem qui eiusmodi melodiam primum institueret: uel ut quidam uolunt quos plurimum ipsa delectaret. Quintam diapason spe-

Antiqui musici
Ptholomeus

Hypodorius
Hypophrygius
Hypolidius

Dorius

b iii

Phrygius

ciem quam duximus ab Elami graui ad Elami acutam harmonicè medi-
tam in h mi acutam eius confinalem. Phrygium appellabant cuius modu-
lationem & inuenisse & usos ea plurimum Phryges ferunt. Sextam diapa-
son speciem quam inter Ffaut grauem & Ffaut acutam disposuimus har-
monicè mediatam in C solfaut confinalem suam Lydium nominarunt: q̄ gens
ipsa eius sit plurimum modulatione delectata. Hos autem tres: Dorium: Phry-
gium & Lydium celeberrimos ueterum cōmendat auctoritas: tanquam ad in-
citatiores animi affectus aptissimos. hinc eos duces atq; autenticos uocant.


Lydus

Suos uero collaterales q̄ remissiores reddant animi affectus: placales atq; co-
mites dicunt: collaterales autem dicti quoniam confimilibus ducuntur lateri-
bus scilicet diateffaron & diapentes speciebus: uel ex conuersione unius late-
ris scilicet diateffaron superioris seorsum ducta. Horum uero omnium natu-
rales conuenientias atq; ipsorum auctores in harmonia instrumētali latius ex-
plicabo. Septima diapason species inter Gsolreut grauem & Gsolreut acu-
tam ducta: & in Dlasolre harmonicè mediatam mixolidius quasi mixtus lydius
nuncupata est. Plerumq; enim alterna lydiæ & mixolydiæ modulationis com-
mutatione redditur concentus suauior: quod potissime Ambrosiani nostri in


Ambrosiani

ecclesiasticis obseruant modis quum quintum ipsum & septimum commuta-
tione h duræ qualitatis in b molli tanquam diapentes uel diateffaron specie
commixtos modulari solent. Hypermixolydium ut dictum est Ptholomeus
eam diapason figuram: quæ septem ipsis inuicem differentibus superesset in-
stituit. uocitādā: ductam quidē a Mese ad Netenhyperboleon: ac Arythme-
ticè mediatam in paranetendiezeugmenon. At octo ipsos modos quos & to-
nos uocant quasi ex tonis eorumq; partibus scilicet semitonii ductos: Alii tro-
pos propter accidentalem unius in alterum conuersionem toni uel semitonii
intensione seu remissione deductam: uel propter alternam diapentes diateffa-
ronq; specierum commixtionem: quatuor maneribus ecclesiastica distinxit
auctoritas. Namq; primam maneriem dixerunt Protum: secundam Deuterū:
tertiā tritum: quartam Tetrardum singulis ipsis diapason diateffaron confe-
tēs. Ita ut Protus dorii atq; Hypodorii limites obseruaret & terminos: ut in
compluribus ecclesiasticis modulationibus peruidemus: utputa quadragesi-
mali salutatione uirginis. Salueregina. Deuterus Phrygii & Hypophrygii.
Tritus lydi & Hypolidii. Tetrardus Mixolidii & collegam: quæ reflexo sub
diapenten tetrarchordo reliquorum similitudine hypomixolydium possumus
nominare Posteritas autem has ipsas maneries diuisit ita ut ab antiquitatis au-
thoritate ordinem non diuerteret. Namq; Protum qui doris est primum posue-
re: Hypodorium secundum: Deuterum tertium dicunt: qui & Phrygius est:
Hypophrygiū q̄rtū: Tritū q̄ntū. s. lydiū: Sextū hypolydiū: Tetrardū Mixoly-
diū uidelicet septimū in ordine. Octauo non admittit p̄priū nomen: nisi forte
aliorū ut diximus imitatōe hypomixolydiū appellauero. Hos itaq; binos ac
binos


pulsæ harmonicam probant consistentiam: huius ratio est proportionata in chordotono conuenientia extremorum & differentiarum ad inuicem: quod in harmonia instrumentali lucidius exponetur. Septem itaq; figuras seu species continet diapason consonantia quarum Prima formatur ex prima specie diatessaron ducta ab A re ad D solre: & ex prima specie diapentes facta a D sol re ad A la mi re acutam: mediatur autem in D sol re Arithmetica dispositiones continet. n. quinque tonos & duo minora semitonia: horum primum in secundo secundum in quinto transitu seu interuallo diatonice ducto collocatur. Con similis quoq; uocum & interuallorum transitus primam semper diapason figuram declarat: quæ diuersis potest interuallis extendi ut hic constat.




Secunda figura diapason formatur ex secunda specie diatessaron facta a \flat mi graui ad E la mi grauem: & ex secunda specie diapentes ducta ab E la mi graui ad \flat mi acutam: mediatur. n. in E la mi grauem secundum. s. mediocritatem. arithmetica: rursus cõsimilis uocũ interuallorũq; processus: ubiq; secundam deducet diapason formam primum semitonium in primo: secundum in quarto sustentem interuallo: quam & diuersis interuallis protrahendam præsens indicat dispositio.




Tertia figura diapason formatur ex tertia specie diatessaron facta inter C faut & F faut graues & tertia specie diapentes deducta ab F faut graui ad C sol faut acutam: mediatur. n. in F faut grauem arithmetica consideratione primum semitonium in tertio secundum in septimo continens interuallo. Atq; similis uocum & Interuallorum dispositio tertiam pbat diapason formam multimodis interuallis explanabilem: ut hic constat.




Quarta diapason figura cōponitur ex prima specie diapentes ducta a D solre ad A lamire acutam & ex prima diateffaron facta ab A lamire ad D solre: mediatur autem harmonice in Alamire primum tenens semitonium in tertio interuallo & secundum in sexto. Consimilis autem & sonorum & interuallorum deductio quartam semper efficit diapason formam: quæ & diuersis potest interuallis sustineri: ut hic patet.



Quinta diapason figura formatur ex secunda specie diapentes ducta ab E lamire graui ad h mi acutam & ex secunda diateffaron habita inter h mi & El amire acutâs: mediatur quidem in h mi acutam secundum harmonicam medietatem: continens primum semitonium in primo interuallo & secundum in quinto. Omnisq; eiusmodi & sonorum & interuallorum processus quintam semper perficiet diapason specie: quæ & diuersa poterit interualla cōtinere. ut hic.



Sexta diapason figura cōtexta est ex tertia sp̄e diapētes ducta ab F faut graui ad C solfaut acutam: & ex tertia specie diateffaron facta a C solfaut ad F faut acutam. Mediatur. n. in C solfaut secundum medietatem harmonicam: continens primum semitonium in quarto interuallo: & secundum in septimo. huiusmodi autem sonorum & interuallorum cōsideratio sextam semper & ubiq; diapason formulā cōprobabit: quæ multimodis pōt interuallis uariari: ut hic.



Septima uero & ultia diapason figura cōcipit̄ ex q̄rta specie diapētes facta a G solreut graui ad D solre acutâ: & ex pria diateffaron ducta a D lasolre acuta ad G solreut acutâ: Et mediatur i D lasolre harmōica. s. cōsistētia: primū semitōiū
in tertio